



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010



Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

DD VII. 23.

Orthographie & Rhetorik




Epitome Orthographiae

Georgii Wepomae & filii

Dolber

Lythorj hunc 1739



unafas

Epitome Orthographia.

Sive

Modus per brevis emendatè Scri-
bendi, in tria Capita Cum an-
nexis Paragraphis distributus.

Derivatio Grammatica.

Si in ipsam Grammatices Etymolo-
giam quis indagat, Comperiet eam
derivari à Greco Barbaro Verbo
Γράφω, quod latine significat Scri-
bo; Γράφω habet in Preterito ac-
tive Vocis in prima persona ἔγραψα,
in eodem verò Tempore, et per-
sona passive Vocis ἔγραμμαι à
qua deinde hoc modo derivatur:
Syllabicum τε mittitur, quò omisso
manet γραμμαι, et mutatur in α
adjectis Syllabis τικός τικη. τικόν, un-
de latine grammaticus, grammatica,

grammaticorum; Sub quo mobili in-
telligitur ars. Quod autem ars omi-
tatur, ratio est, quia ex mobili gram-
maticus, grammatica, grammaticum
fit fixum grammatica, et ars sub,
intelligitur.

Caput I.^{um} De Literis.

§. I.

Quando nam Scribatur Majuscula?

- 1.^o Majuscula scribitur 1.^o ab initio
Cujusvis rei. 2.^{do} post punctum,
et duo puncta, quando nimirum fi-
nitio uno sensu alius inchoatur.
- 3.^o Omnia nomina propria hominum
e.g. Antonius, Bernardus, Cicero. et
Agnes, Barbara, Catharina etc. Stel-
larum e.g. Jupiter, Mars, Mercurius. et
quatuor anni temporum e.g. Ver,

Aestas, Autumnus, Hyems. Urbium
 e.g. Egra, Pilsna, Praga etc. Pagorum
 e.g. Matzelbachum, Albenreitha etc.
Castellorum e.g. Künsberga, Königs
wartha etc. Provinciarum e.g.
Germania, Gallia, Hispania etc.
Insularum e.g. Rhodus, Malta,
Pharos etc. Mensium e.g. Januarius,
Februarius, Martius etc. fluviorum
 e.g. Danubius, Odera, Moldava Egra etc.
 praeterea illae res, quae in specie huma-
 na depinguntur, ut Deorum, Deorum,
Angelorum, Demonum, et nomina sa-
 bularum. Verbo: omnia nomina ma-
 juscule expectant, e.g. Ilias Homeri.

4^o Nomina appellativa loco proprio.
 rum nominum posita, sic si loco
Christus ponatur Crucifixus: loco
Maria, Virgo etc.

5^o Nomina rerum nobilium, et illa

que dignitatem, vel aliquod honorifi-
cum officium significant. e.g. Instructor,
Præceptor etc.

6.^o Pronomina, que spectant ad ejusmodi
personam nobilem. e.g. peto ab Illo,
Illustrissime Domine Domine Comes,
hoc vel illud. Vestra Paternitas,
Vestra Majestas, Vestra Sanctitas etc.

7.^o Nomina Scientiarum e.g. Gram-
matica, Syntaxis, Poësis, Rhetorica,
Philosophia, Theologia. hunc etiam
spectant illi, qui istis Scientiis operam
navant e.g. Grammatista, Syntaxista,
Poëta, Rhetor, Philosophus, Theologus.

8.^o Carminum primæ Litere, et illa no-
mina, per que aliquid speciale deno-
tare volumus.

§. 2.
Quomodo alie Litere sint formandæ?

1.^o Iota pro Consonante positum, seu.

quando Jota precedit aliam Vocalem,
et cum illa vocali efficit syllabam,
scribitur, longius e: g: Jacobus Major.

2.^{do} Quando u precedit aliquam voca-
lem, et cum illa vocali syllabam
efficit, fit consonans, et scribitur
hoc modo V e: g: Vincentius, Vitus,
Via, Veritas, Vita etc.

3.^{do} Quando post J. vel u. sequitur ali-
qua Consonans, tunc i et u. manent
vocales, e: g: Ignatius, Ursula, imius,
unicus etc.

4.^{do} Quando in aliquo vocabulo duo ii
concurrunt, et faciunt duas syllab-
as, tunc non debet fieri ij, sed
primum scribitur brevius, alterum
vero communiter longius, et utrumq;
notatur punctulo e: g: Antonij, filij,
soij. In illis vero vocabulis, in
quibus primum j est consonans, et

utrumq; ii unam syllabam efficiat,
sit contrarium, primum nimirum
scribitur longius, et alterum brevius
e.g. objicio, ejicio.

5^{to} Quando in uno vocabulo conveniunt
duo uu, et non efficiunt simul
unam syllabam, tunc utrumq; uu
manent vocales, e.g. assiduus, suus et.

6^{to} Quando u significare debet Romanum
numerus, scribitur semper hoc modo
V quasi esset aliqua consonans,
u enim tanquam vocalis, nullum
numerus significat.

Sequentes enim tantum Literæ ad-
hibentur pro numeris. Videlicet:
C. D. F. L. M. V. X. C. denotat
100. D. 500. F. 1. L. 50. M. 1000.
V. 5. X. 10.

7^{to} Vocales conjuncte instar Diph-
thongorum non pronunciantur

5
sicut Diphthongi. hinc quando
aliquae Vocales sic conjunctae
efficiunt duas Syllabas, semper
posterior Vocalis notatur duobus
punctulis e.g: Poëta, Mi,
chael, Praemium

8^o Quando in aliquo vocabulo concurrunt duo ss, tunc primum s so
let scribi longius, et alterum brevius.
e.g: Doctissimus, amavisse. etc.

9^o Longum s praeterea scribitur ad
initium vocabuli, et etiam in
medio, in fine vero scribitur par-
vum. e.g: Sanctissimus, Solertis-
simus.

10^o Y apud Graecos maximè usitatum
non notatur duobus punctulis. e.g:
Syntaxis, Syllaba, etc. Y enim non
equivaleat duobus ii. hinc etiam non
adhibetur pro Cronographicis.

§. 3.
De quarundam litterarum pronun-
tiatione.

1.^o Quando C ponitur ante aliquam vo-
calem ex istis tribus e.g. ante a,
o, u, exprimitur sicut K e.g. Caritas,
Collum, cura. quasi dicerem Karitas,
Kollum, Kura. etc. Quando autem po-
nitur ante e, i, y, æ, œ, lenius et sua-
vis exprimitur. e.g. cedo, cibus, Cya-
thus, celebs, coena.

2.^o K moderno tempore apud latinos non
ita adhibetur, nisi in hoc vocabulo
Kalende, quod tamen etiam subinde
per C scribitur.

3.^o Quando syllaba ti in medio alicujus
vocabuli sequente vocali ponitur,
sonat ut ci. e.g. Laurentius, Clementia,
quasi dicerem, Laurencius, Clemen-
tia. Si tamen ante syllabam ti precedat
littera s, vel x, sonat istud Ti sicut

6
in se est. e.g. questio, mixtio, non
quiescio, mixcio. 2^{do} Si post t
sequatur h. exprimitur etiam sicut
in se est. e.g. Matthias, 3^{to} Si
aliqua differentia impediat, tunc
Syllaba ti in medio posita etiam si
sequatur aliqua vocalis, non ex-
primitur sicut c. Sic vitium à
vitis non pronuntiatur per c
vitium tamen pronuntiatur per
ei, quando in numero singulari
est positum, et significat germani,
"ee leytens".

Si queras: quomodo scribi potest: an
vocabulum aliquod per ti vel ci
scribendum sit.

R: primò ex vocativo, si enim voca-
tivus scribatur per ti, etiam alij
Casus per ti scribendi sunt. ut Laurenti.

ergo Laurentius. Terenti ergo Terenti
us. Secundo, ex Secunda et tertia
persona verborum; si enim eadem
persona per ei vel per ti scribuntur,
etiam prima persona, et omnes alie
per ti, vel per ei scribende erunt,
e.g. percutis, ergo percutio, sentis,
ergo sentio. potitur, ergo potior. pa-
titur, ergo patior. hac omnia per ti
scribuntur. facio autem, jacio, vin-
cio, per ei, quia Secunda persona
facis, jacis, vincis per ei scribuntur.
Tertio. Observari potest ex derivatio-
ne, seu primitivis, unde derivantur
Composita. Hinc in derivatis reti-
nende sunt literae, quae conveniunt
dictionis origini, ut: doctior, à geni-
tivo docti. prudentialior, à dativo pru-
dentis. gratia à gratus. Itaqz scribes

7
patientia et non pacientia à
verbo patior, pati.

Primo Omnia vocabula in io Sub,
stantiva à Supino in u, ut lectio
à lechu non lexio vel leccio. flexio
à flexu, non flectio, quia in deriva-
tis retinenda sunt littere, quæ orige-
ni conveniunt. Sic auspiciu ab
auspici auspex. Occipitiu ab occi-
piti, occiput.

Secundo. Nomina in ium vel ia
derivantur à genitivo vel dativo.
Clementia à clementis, clementi.
audacia ab audacis, audaci. Ju-
dicium, à judicis, judici. Commer-
ciu à merx, mercis. in entia
ab ens, entis, enti. ut audiens,
audientis, audienti.

Si queras: Sed quid faciendum, si pri-
mitivum nec c, nec t habuerit? e.g.
pueri, avari, suri, quomodo deri-
vativa pueritia, avaritia, suritia,
scribenda sunt? & ut scripta vides
scilicet per t. Similia Magister
usus te docebit.

§ 4.
De quibusdam vocibus recte scribendis

1^o Sequentia verba scribuntur per p.
e.g. Contempsi, contemptum. dempsi,
demptum. compsi, comptum. sumpsi,
sumptum. prompsi, promptum.
Una cum compositis, ita enim regula
docet in Grammatica: Dat psi, ptum,
demo, promio etc. item: Dat tempsi,
temptum, temno etc.

2^o Sequentia verba scribuntur per s.

e: g: exscindo, exscribo, exsequor, ex
scilio, exspecto, exstruo, exsto, exsul-
to, exsurgō, exsuscito etc. quia fiunt
 ex prepositione ex, et ex verbis sim-
 plicibus scindo, scribo, sequor etc.
 fit tamen passim, ut in multis præ-
 dictis verbis & omittatur, nec est
 specialis ratio: Cur? nisi forte
 Euphonia causa.

Multa ejusmodi dubia sunt, quæ
 non nisi ex diligenti lectione libri-
 rum, et usu discenda sunt.

§. 5.

De Conjunctione, et Divisione Sylla-
barum, et literarum in Scribendo.

Subinde fit, ut in fine lineæ, vel
 pagine totum vocabulum scribi
 nequeat, sed necesse sit, ut dividatur,

quod si contingit, observanda sunt se-
quentia.

I. Quando aliqua Consonans ponitur
inter duas vocales, tunc illa Conso-
nans spectat ad sequentem vocalem.
e.g: mu, sa. Do, minus etc: Compo-
sita tamen excipiuntur, quae ita
dividuntur, sicut componuntur. e.g:
ad, amo, ad, oro ex, igo. dis, puto.
haec enim componuntur ex prepo-
sitionibus ad, ex, dis, et ex verbis
simplicibus, amo, oro, ago, puto.
Item haec Composita sic dividuntur:
propter, ea, inter, ea, post, ea. etc:
quia componuntur ex prepositioni-
bus, propter, inter, post et ex ea.
ex, inde. sub, inde. per, inde, etc:
ex prepositionibus ex, et sub, et inde etc.

2do Quando in aliquo vocabulo inter
duas Vocales ponuntur due Con-
sonantes, quæ vel sunt sibi similes,
vel dissimiles, et nullum vocabulum
sit, quod ab istis Consonantibus ini-
tium sumeret, ponitur una Con-
sonans cum una vocali, et altera
cum altera. e.g: ec, ce. ag, ger.
vel, bus; gem, ma. an, nus. ar, cus.
in, genium. cor, pus. Prin, cept.
propin, quus. etc. Si vers. in medio
alicujus vocabuli concurrant inter
duas vocales due Consonantes in-
æquales, à quibus aliquod vocabulum
initium sumit, tunc utraq; Con-
sonans spectat ad sequentem voca-
lem, sive postea illud vocabulum sit
latinum, sive græcum, quod etiam
à latinis usurpatur. Certant

und so ist es auch da
Jesus zu seinen Jüngern

quidem Grammatici, de Vocabulo gre-
co, et adhuc sub iudice lis est.
et ejusmodi Consonantes Sunt istæ:
bl, ch, gn, ct, gn, mn, ps, pt, st,
sm, sp, st, tr, x, et Similes.
hinc Sequentia vocabula ita divi-
duntur.

<u>bl</u>	<u>Hy</u> - <u>bla</u> - - - - -	<u>blandus</u> .
<u>ch</u>	<u>Ar</u> - <u>changelus</u> - - - - -	<u>chorus</u> .
<u>gn</u>	<u>Gy</u> - <u>gnus</u> - - - - -	<u>gnoma</u> .
<u>ct</u>	<u>San</u> - <u>ctus</u> - - - - -	<u>ctesippus</u> .
<u>gn</u>	<u>Di</u> - <u>gnus</u> - - - - -	<u>gnarus</u> .
<u>mn</u>	<u>O</u> - <u>mnis</u> - - - - -	<u>mnemosynon</u> .
<u>ps</u>	<u>Seri</u> - <u>psit</u> . ab his enim con- sonantibus incipit.	<u>psallo</u> .
<u>pt</u>	<u>O</u> - <u>pto</u> - - - - -	<u>ptolomeus</u> .
<u>st</u>	<u>e</u> - <u>sta</u> - - - - -	<u>scala</u> .
<u>sm</u>	<u>barbari</u> - <u>smus</u> .	<u>smaragdus</u> .

<u>Sp. a. sper</u>	<u>spero.</u>
<u>St. non ster</u>	<u>sto.</u>
<u>Tr. a. tratus</u>	<u>traho.</u>
<u>X. pro. ximus</u>	<u>xenium.</u>

N. quando autem post x sequitur
 aliqua alia Consonans, tunc x
 spectat ad vocalem priorem e. g.
Com mixtio. etc.

Caput II.

De Accentibus

§ 1.

De Accentu in genere.

I. Accentus fiunt claritatis majoris
 Causa, ut distinguamus vocem a voce,
 partem orationis a parte orationis vel
 eorum attributa inter se, hoc est: no-
 men ab adverbio, tempus presens a pre-
 terito, vel verbum a verbo, ut lego, as
 a lego, is, vel verbum a nomine ut

lego, is, à lex, legis. Accentus vero
est apud Latinos triplex, sicut apud Græcos,
nimirum acutus (´). gravis (˘). et circumflexus (ˆ).

2.^o Accentus acutus nunquam ponitur in
ultima syllaba alterius vocabuli.
gravis ponitur tantum in ultima.
Circumflexus vero potest poni et in
ultima, et in penultima, prout sequitur.

3.^o Solum vocales, vel etiam Diphthongi,
quando sequitur particula enclitica,
possunt notari aliquo accentu, quando
nimirum parvo characterere exarantur.

§. 2.
De Vocabulis quæ notantur accentu
acuto.

1.^o Iste particula, que, ve, ne, pro an. quæ
vocantur enclitice et alicui voca-
bulo adherent, causant, ut illa vo-
calis aut Diphthongus, quæ immediate
aliquam talem particulam ante,

11
"Eedit, notetur accentu acuto. e. g.
probus, doctusqz, oratio, ego, tunc etc.
quando autem iste particula non
sunt enclitica, scribuntur sine ac-
centu. Hinc iste voces: pleraqz, atqz,
usqz, deniqz, utiqz, itaqz etc. non
notantur dicto accentu. Quando
autem itaqz significat et ita, no-
tatur etiam accentu acuto. Ita
particula que potest integrè scribi
vel abbreviari. e. g. que vel qz.

2^o Accentus circumflexus ponitur super
genitivum numeri singularis quarte
declinationis. e. g. Sensūs, ut sit
distinctio inter genitivum Sensūs,
et inter Nominativum Sensus.

3^o Ablationis absolutus, prima et Secun-
da declinationis etiam notatur hoc
accentu. e. g. doctrinā, diligentiā, ut
distinguantur à Nominativo; Domino,
templo, ut distinguantur à Dativo.

Huc etiam spectant isti ablativi absoluti,
si ea, ista, illa, ipsa, eadem, utrâq;, quâ,
etc.

13. Eiusmodi autem ablativus
si habet prefixum aliquod adjectivum,
ea quo facile adverti potest, quod sit
ablativus absolutus, opus non est, ut
notetur accentu circumflexo. Aliqui
quidem accentum ponunt, non tamen
conveniunt grammatici, neq; aliquid
certi reperiri est apud grammaticos.

4^{to} Omnes Syllabae, quae contrahuntur
notantur accentu circumflexo. e.g.
Deum pro Deorum, fuere pro fuerunt,
amavere, pro amaverunt, dein pro
deinde, mi pro michi, quibus pro quibus,
nosse pro novisse, amasti pro amastis.
etc.

5^{to} Huc spectat etiam qui pro quomodo,
hic adverbium ut distingvatur à
pronomine hic. Cui una Syllaba

pro hui duabus Syllabis. Q et pro
 interjectiones, ut distinguantur à
 littera o et prepositione pro. ergo
pro Causa. e.g. hui ergo. item
gratia et Causa si ponantur loco
propter. O tamen si ponatur à
 capite vel post punctum, non notat;
 accentu circumflexo. Huc etiam
 spectant ablativi meâqz, tantâ ne,
aliâve, ut distinguantur à Nomi.
nativis meâqz, tantâ ne, aliâve.

6^{to} Solent etiam notari genitivi mei, tui
sui, nostri, vestri, nostrum, vestrum,
 si proveniant à primitivis ego, tu, sui etc.
 si autem proveniant à derivativis, nimi-
 rum meus, tuus, sus. tunc non no-
 tantur. Soepius tamen non notatur,
 etiam si proveniant à primitivis.

7^{mo} Secunda persona numeri singularis
 in verbis passivis et deponentibus tertie

Conjugationis futuri temporis notantur
etiam circumflexo. Et ideo illa Sylla,
ba est longa, supra quam ponitur ac-
centus circumflexus. e.g. legēris
consequēris, utēris etc. ut distinguan-
tur à secundis personis in presenti
ubi illae Syllabae sunt breves. e.g.
legeris, consequeris, uteris etc. Item
sicut jam dictum est, ponitur accentus
circumflexus super tertias personas
numeri pluralis in praeteritis perfectis
e.g. amavēre pro amaverunt, docuēre
pro docuerunt. legēre ut distingua-
tur ab infinito legere, et proximis
ut denotetur illud esse longum.
Et hac ratione complura Latina
vocabula hunc accentum habent
in penultima e.g. ocido ad distingua-
tionem verbi ocido, quod occumbere
significat. Venimus ut distingua-
tur à praeterito venimus. lege à
lex legis ut distingvatur ab impe-
rativo lege.

Caput III.^{um}

113

De Interpunctionibus.

Interpunctiones apud Latinos sunt
Sequentes.

Comma - - - - - ,

Comma cum puncto medianota

sive Semicolon - - - - - ;

Signum Interrogationis - - - - - ?

Signum Exclamationis - - - - - !

Parenthesis - - - - - ()

Claudatur. - - - - - ⸘

Parvum Punctum - - - - - .

Duo Puncta - - - - - :

Magnum Punctum - - - - - ⋯

§. I.

De Commate.

Quando nimirum, et ubi ponendum sit
Comma.

1.^o Comma fit, quando plura adverbia, vel

verba, vel nomina, in usu sensu conve-
niunt sine conjunctione. e.g. Christus
intrepide, fortiter, glorioso humani
generis hostem est aggressus, confudit,
debellavit, factis, verbis, exemplo etc:

2^{do} Quando plures breviores Sensus con-
veniunt e.g. Petrus se bene gerit,
studet diligenter, pietatis satagit, etc:

3^{io} Ante relativa sive ponantur aperte,
sive occulte e.g. liber, quem invenisti,
meus est. Item. Andreas, magni ingenij
adolescens, premio potietur / subintellige /
qui est magni ingenij adolescens.

4^{to} Ante Conjunctiones, sive sint disjuncti,
vix, uti sunt: nec, neq3, vel, aut etc:
e.g. audio, nec te, nec tuum fratrem
diligenter studere. Sive Copulative,
uti sunt: et, ac, atq3 sive ponantur
aperte sive occulte. e.g. frons, oculi,
et vultus etc: Item Comma ponitur

ante quod, ut, quia. e.g. audivi, quod
negligenter studeas.

5.^{to} Quando ejusmodi particula si, nisi,
equividem etc. interjiciuntur e.g. neminem
reperietis, nisi forte ejusmodi hominem,
quem ego proferri malim, quam nomi-
nari. Cicero pro Clodio.

6.^{to} Quando alicui Constructioni interji-
ciuntur verba credo, puto, rogo, dicet.
tunc comma fit ante, et post verbum.
e.g. Nescitis, Credo, Iudices. Cicero

S. 2.

De media. nota

Seu ubi et quando ponendum sit Semi-
colon ?

1.^o Semicolon fit, quando Sensus quidem
aliquo modo finitur nihilominus sine
Sequenti Constructione Satis intelligi non
potest e.g. magnum est quidem Christum
pro nobis natum esse; sed longe majus est

esse mortuum. et hoc communiter
fit ante istas particulas: attamen,
tamen, ita, sed, etiam, verum etiam etc.
etiam ante sic, si similitudinem signifi-
cet. e.g. atq; haec, quae celeritate gesta
sunt, quaequam videtis; tamen a me
inducendo praetereunda non sunt.

aliud: ut quidam morbo et sensus stupore
affecti gravitatem cibi non sentiunt.
sic facinorosi vero laudis gustum non
habent.

2^{do} Ut Contraria inter se magis elucescant
et distinguantur, semper fit Semicolon.
e.g. ex hac enim parte pugnat pudor,
illinc petulantia; hinc pietas, illinc
seelus; hinc constantia; illinc furor; etc.

3^{to} Medianota deniq; scribitur quando se-
quitur Causa alicujus rei, quod fit,
dum sequuntur particulae: quia, enim,
nam, Siquidem, quoniam etc.

§. 3.

De duobus punctis.

Quando nimirum ponenda sint duo puncta.

1.^o Quando Sensus quidem est finitus, nihilominus observari potest, quod adhuc aliquid sequi debeat, ut Sensus compleatur: quod etiam communiter fit ante istas particulas: tamen, sed, ita, etiam, verum etiam etc: e.g: Studisti quidem hactenus diligenter: sed in fine ne corrumpas. Nec multum distinguuntur duo puncta à medianota.

2.^o Precipue tamen duobus punctis utimur ante citationes et Sententias, et cum ex priori Constructione apparet nos aliquid esse dicturos, dum nimirum aut nostrum, aut alterius Sententiam proferimus, e.g: duo sunt in bello necessaria: pecunia, et homines. dixit Deus: fiat lux.

De Puncto.

Quando nimirum ponendum sit parvum
vel majus punctum.

1^o Parvum punctum ponitur. Cum periodus
quidem Absoluta est, et sequitur altera,
que non quidem Constructione, Sensu
tamen à priori dependet, eiqz connecti
videtur. Deinde particula punctum
minus sequentes sunt ferè iste: nam,
enim, igitur, idcirco, etsi, quare qua.
propter etc.

2^{do} Quando incisa ponuntur, in his enim
brevia sunt membra, et Sensus breves.

3^{io} Finita autem quavis periodo, ponitur
magnum punctum, quando nimirum
Sensus ita completur, ut non requiratur
aliquid aliud, quod sequatur, neqz depen-
det ab illo, quod sequitur.

§. 5. 2

1.

De signo Exclamationis et Interrogationis

Quando nimirum ponendum sit signum Interrogationis et exclamationis.

1^o Signo interrogationis utimur, postquam aliquid interrogatum fuit. e.g. quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur?

2^o Signo exclamationis utimur in exclamationibus, et admirationibus e.g. Superi! o tempora! o mores!
verbo: postquamvis interjectionem interpositam. e.g. ah! heus! o! vah! etc

§. 6.

Quando tandem poni debeat Parenthesis, et claudatur.

Utimus his singulis, cum in periodo aliquid nobis quasi recenter occurrens, interponimus.

Reliqua facile optimus magister usus praecepta docebit.

A. M. D. C.

12
Puerorum in turba quidam ludentem athletas
lesquam nuobis cum vidisset: respicit,
Et quasi deliram exist. quod sensit simul
Dentor potius, quam dentendus senex.
Arcum retentum posuit in medio via,
Heus, inquit, sapient: excedi, quid fecerim?
Concorrit puerulus; illi se loquitur diu,
Nec questionis positae eadem intelligit.
Non solum succumbit. ~~Non~~ victor superbi:
Cito sumptis arcum & semper si tensum habueris;
At si laxaris: cum videris est utilis.
Ludus animo debet aliquando dari:
Ad cogitandum melius & rebus huius.

Continuatio epistolae Plinii

Scio nam tibi esse praeceptum plurimum, et non ideo semper pu-
gram, et quasi bellatoriam. Nilum praeserim. Ut enim terrae variis mala-
busque seminitas, ita ingenia nostra nam tunc nam uia meditatione reco-
luntur.

Interpretatio

Es kann nur, daß die zum Lieben der Welt nicht laßenden
Hoffnung selbst, nicht in der Welt zu leben, aber ich habe es nicht
immer in der Danksagung und der neuen bewundernden Zune
gewissen. Am Ende der Lieder der Erde mit ungeschwundenen
unverwundlichen Dornen unerschütterlich stehen, so werden nicht nur
Hoffnungen bald mit unsen bald mit ihnen, mit der Welt von
unruhig. Auch das

Frederick Dehn

[illegible][illegible]

Non adinendo largiantur vitam bonorum

Quod est aliud B. C. beneficium laborum & nisi ut commemorare possum
in se dedisse vitam, quibus non ademerunt.

Beneficium laborum vitam non adinere
Sunt inopia multa avaritiae omnia

Quod est aliud inter inopem, et inter avarum differentia? nisi ut illi mul-
tius omnia esse videamus.

Deliberatio dicitur sapientia

^{alia. lio}
Quae est ~~facta~~ ratio ducenda, et comparanda sapientiae? nisi ut a-
Semper dic, multumque deliberes, quam quid agere incipias.

Certum et mitis authorum comparanda latinitatis modus

^{aliis. certior}
Quis est ~~certior~~ modus comparanda ^{inpropterea} latinitatis? nisi ut optime
in quae romanae auctores et assidue legas et industrie imitens.

Parentes colendi.

Quandoquidem a parentibus vitam, patrimonium, libertatem,
civitatemque accepimus; eos oremus omnem uniformes
habere debemus.

Multitudo praceptorum dixerit
impedit progressum in litteris
¶ ita, quod, id

^{videtur}
Quod imperiti bonarum artium quos docent magistri iuventuti
maxime adferre utilitates arbitrantur id viri quique doctissimi
eidem maxime perniciiosum esse ^{evident} multitudinem
praceptorum.

Tanta est Nisi Demosthenes in animum induisset quid
libi dictum ad nihil esse in statili. mihi excludendum?
nisi benedicendi laudem, atque eloquium in ea autem
consequenda ^{per} ~~ita~~ impetente magna animi. alacritate
esse laudanda per te ^{conferre} ~~statili~~ ad hodiernam usque aetatem
~~transmissum~~ ^{transmisit} ~~caluae~~.

Nisi nullum praeceptis multorum tuleris mihi ab adolescentia
suasisset, nihil enim ita magnopere excludendum
Nisi Demosthenes autem laudis.

Am 4^{ten} Jüni 1799.

Sind vollen zum unferigsten Zeit
aufgehoben.

Tanta est orationis subtilis amplitudo, capta, eloquentie
vis et potestas, ut nulla res tam dubia ^{quæ} ~~invenitur~~, quamquam
ab eius promeritis non felicitur. nulla tam multa, quæ
eius amenitatibus non exagatur, nulla tam celsa, quæ eius
amplitudine non augeatur, nulla denique tam ardua, quæ
eius ubertate non fovetur. nulla tam obscura, quæ ^{eius} ~~figuræ~~
luminis non collugetur.

Comendatis Eloquentie ab effectu
~~Eloquentia~~ ~~re dub~~

~~Alacrima & eloquentia~~ nam ad dubiis ~~froniat~~
vires redduntur, ~~multas~~ ~~obscuro~~ ~~illegit~~ ~~circles~~ ~~ang~~ ~~et~~
andas fovuntur, ~~quæ~~ ~~in~~ ~~illis~~ ~~tabern~~

q nulla tam stis et abiectione

0.43
86

$$1281 = 7 + 9 + 0$$

$$1281 = 10 + 9 + 10$$



Quaestiones de Vjllis et Edogio

Quid est Tollion

2. Quid nomine *Pilogae* comprehenditur

3. Quale discrimen inter Elogium et Dyllion

4 Quae est igitur Sclota

5^a Quia circa materiam huius attendendum.

6 Quis carades pastorum

7 Quod duplex forma

8. *Quid sit Epica*

4. *Quid Dramatica*

40 Quia mixta

11: Quid monoposopos: 2

12 Quid Amœbae.

Quo versus genere hodie solent
scribere Elogiae

~~Inde clouetio petenda~~

Quae sunt ornamenta Alogae

Ande sunt comparationes

Quæ res sunt comparationes
inter venientes ex lege.

50

Pyala



ksiaznica@kc-cieszyn.pl